



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Dramburg auf 6 Jahre ihre Abgaben,  
im Jahre 1338.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Dramburg auf 6 Jahre ihre Abgaben,  
im Jahre 1338.

Effecerunt id fidelitatis vestre merita comprobata, que fide cognouimus oculata, quod vestre vobis incumbentis egestatis et indigencie oneramen delectat per subleuationis medium releuare. Vos singulos inhabitantes pro nunc et succedentes a festo beati Martini proxime venientis et in antea per sex annos continuos a datione pensionis vestre solite nobis annue debenda, sic quod eandem pensionem in structuras et edificia, videlicet muros, plateas et fossata convertatis euidenter, omnimode releuamus. Nolentes vos officiorum nostrorum aliquo, dummodo ipsam in munimenta ciuitatis predictae, prout premittitur, conuertatis aliquantulum molestari. In cuius etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XV. Markgraf Ludwig verzeignet der Stadt Dramburg den Ort Schweinshausen,  
am 30. Dezember 1340.

Eodem anno, die et loco (Spandow, Anno dom. M. CCC. XL., sabbato infra octauas cristi) testibusque prescriptis. Quod nos Ludowicus etc. prudentibus viris et discretis consulibus et vniuersitati ciuitatis Drawenburg, fidelibus nostris dilectis, ob approbatam in eis compertam constantiam et etiam ob id, quod in antea, prout hactenus nobis obsecuti sunt, obsequantur, dedimus, donauimus, appropriauimus et presentibus appropriamus locum nunc desertum, Swynhusen vulgariter nominatum, XX mansos cum tribus communes in lignis et agris continentem, omni iure, utilitate, honore et commodo, quibus dictum locum siue mansos strenui viri Guntherus et fratres sui de guntersberg, fideles nostri, a predecessibus nostris Brandenburgensibus marchionibus bone recordationis et nobis tenuerunt et possiderunt, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet possidendum. In cuius etc. (Zeugen in der Urkunde für Reetz.)

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

Nach Diekmann's handschriftlicher Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek gehört diese Urkunde in das Jahr 1341.